

coetum, incomparabilis uiri merita, magnum iam nomen dudum transdiderunt immortalitati. Innumera propemodum ingenii monimenta, quibus inclaruit, quaeque in omnium oculis, ore, manibusque uersantur, nihil in uita nisi praeclarissime fecisse **F E C H T I V M** testantur. Post alios, testes **F E C H T I A N A E** uirtutis plurimos, ad unicum, eundemque magni nominis **T H E O L O G V M**, Generosiss. **D D . A L B . I O A C H . D E K R A K E V I T Z** prouocare liceat, quanta primum industria discipulum, tanta posthac fide collegam. Hic idem in funebri et nomine ordinis Rostochiensium sacri, anno **M D C C X V I** edito programmate, tam de eruditissimis **F E C H T I I** laboribus, quam academicis inprimis eiusdem praelectionibus, sequentem in modum iudicat.

*Quodsi, inquit, cum DEO et die collegia illa publicae aliquando donanda fuerint  
luci,*